

Band VII., Nr. 2354, Seite 252-253

Die Grafen Ulrich und Eberhard von Württemberg eignen dem Kloster Salem die beiden Höfe in Steußlingen, die demselben durch den Lehensträger Egelolf von Steußlingen als Schadensersatz überlassen worden sind.

Württemberg, 1273. Juli 6.

Omnibus^a hanc paginam inspecturis Ūlricus et Eberhardus fratres comites de Wirtenberc salutem et notitiam subscriptorum. Vita cunctorum instabilis et memoria hominum labilis ac infirma monent gesta temporum perhennari serie literarum. Presentes igitur noverint et futuri, quod cum nobilis vir Egelolfus de Stiuzelingen¹ reverendos in Christo abbatem et conventum monasterii de Salem multis dampnis et iniuriis affecisset, idem Egelolfus ad cor rediens dictis abbati et conventui nec non ipsorum monasterio satisfacere cogitabat. Verum quoniam aliunde ipsis satisfacere non poterat competenter, possessiones in Stiuzelingen, quas a nobis tenebat in feodum, videlicet Brunenhof et curiam, que dicitur Cursaershof, cum omnibus eisdem curiis intus et extra pertinentibus videlicet agris pratis areis silvis nemoribus pascuis viis et inviis semitis itineribus censibus nec non omnibus aliis iuribus et consuetudinibus eisdem possessionibus attinentibus ad manus nostras libere resignavit, quia ad nos iure proprietatis pertinebant, supplicans humiliter et devote, ut easdem possessiones monasterio antedicto traderemus. Nos vero prehabito consilio ministerialium nostrorum et consensu predictas possessiones Stiuzelingen cum omnibus suis attinentiis et iuribus universis prelibatis abbati et conventui de Salem donavimus et tradidimus proprietatis iure libere ac quiete perpetuo possidendas renuntiantes una cum predicto Egelolfo de Stiuzelingen pro nobis et successoribus nostris omni iuri et consuetudini, quas in eisdem habuimus vel habere videbamus casu quolibet contingente. In cuius rei testimonium presentem cedulam tam sigillo nostro quam predicti Egelolfi sigillo petentibus ipsis fratribus duximus muniendam. Ego vero Eberhardus comes de Wirtenberc predicta omnia profiteor esse vera et per me facta, et quia sigillum proprium non habui, usus sum sigillo fratris mei in hoc facto. Ego vero Egelolfus de Stiuzelingen predicta omnia, prout premissa sunt, profiteor esse vera et per me fore facta, et sigillum meum huic cedulae pro cautela maiori cum sigillo domini Ūlrici comitis de Wirtenberc appendisse.

 Acta sunt hec apud Wirtenberc, anno domini MCCLXXIII.,

^aDie zwei ersten Buchstaben in verzierter Schrift.

¹Altsteußlingen oder Neusteußlingen.

II

II. nonas Julii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet comite Ottone de Brandinburc, R[udolfo] nobili de Hundersingen, fratre Wernhero commendatore in Lewenberc, C[onrado] notario comitis de Wirtenberc dicto de Nidelingen² aliisque quam pluribus probis viris.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An der Urkunde zwei Siegel aus mit Eisenoxyd gemischtem Wachs: 1) Das runde Siegel des Grafen Ulrich von Württemberg, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2672 (WUB, Bd. VII, S. 25), und die Abb. bei OTTO VON ALBERTI: Württembergisches Adels- und Wappenbuch, 2 Bde., Stuttgart 1898-1916, Tafel II, Nr. 5. 2) Das Siegel des Egelolf von Steusslingen, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1701 (WUB, Bd. VI, S. 101). Auf der Rückseite von ziemlich gleichzeitiger Hand: *CLXVI sp. Satisfactio Egellolphi de Stúzelingen super possessiones in Stiuzlingen.*

 Bei Codex Salemitanus, Bd. 2, S. 94, Nr. 496, scheint der Text nach einem Duplikat der Urkunde gefertigt zu sein, indem hier am Schluss nach *viris* noch *qui testimonium perhibent de premissis* folgt. Weiterhin heißt es hier statt *Cursaershof: Curlaershof*, und es sind auch in dem zugrunde gelegten Original die *l* zum Teil von den *s* nicht zu unterscheiden. Allein da der ganz gleich geschriebene 8. Buchstabe des Namens nur als *s* gelesen werden kann, so ist doch wohl auch der 4 als *s* zu lesen und die Lesart *Cursaershof* vorzuziehen. Endlich finden sich noch einige weniger belangreiche Abweichungen, z. B. das 1. und 3. mal *Wiertenberc* statt *Wirtenberc*, *Stúzelingin* sowie Auslassungen und Umstellungen unbedeutender Worte.

²Nach Archivalische Zeitschrift 1 (1876) - 13 (1888), N.F. 1 (1890) - 20 (1914), 3. F. 1 (1915), 2 = 35 (1925) - 45 (1939), 46 (1950) - 76 (1980), 77 (1992) - [...], Bd. 11, S. 10, war Konrad von Neidlingen von 1273 bis etwa 1290 gräfllich württembergischer Hofnotar.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Stadtarchiv Ehingen

Editionen:

CHRISTIAN FRIEDRICH SATTLER: Geschichte des Herzogthums Württemberg unter der Regierung der Graven, 4 Bde., Ulm 1767-68. [Fortsetzung der Geschichte des Herzogtums Württemberg], Bd. 1, Beilage Nr. 4 (nach einer Kopie). Württembergische Vierteljahrshefte (1879), S. 258 (nach dem Original). Codex diplomaticus Salemitanus, Bd. 2, S. 94, Nr. 496 (nach dem Codex Salemitanus).

Literatur:

Archivalische Zeitschrift, Bd. 11, S. 10.

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Württemberg

Ortsindex:

(Burg) Württemberg Wüstung (21519)
 (Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W
 Altsteußlingen Wohnplatz (16761)
 Altsteußlingen, Ehingen (Donau), UL
 Brandenburg Wohnplatz (16745)
 Brandenburg, Dietenheim, UL
 Hundertsingen Wohnplatz (15918)
 Hundertsingen, Münsingen, RT
 Leonberg Wohnplatz (154)
 Leonberg, BB
 Neidlingen Wohnplatz (403)
 Neidlingen, ES
 Neusteußlingen Wohnplatz (16940)
 Neusteußlingen, Schelklingen, UL
 Schloss Salem : Salem FN
 Schloss Salem Wohnplatz (18257)